



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Erasmi Roterodami Germani De Milite
Christiano**

Erasmus, Desiderius

Lypsi, 1516

VD16 E 2746

Canon Vigesimusprimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-33324

XLVIII.

impiorum non moritur, & inferos suos iam apud superos patiuntur. Nec alia est flamma, in qua cruciae dities ille comes tor euangelicus. Nec alia supplicia inferorum, de quibus multa scripsere poetae, & perpetua mentis anxietas, quae peccandi contumeliam comitatur. Tollat igitur qui velit futuri saeculi tam diversa premia, habet annexum sibi virtus propriez qd abunde debeat expeti, habet adiunctum peccatum, cuius causa debet horreri.

¶ Canon Vigesimus primus.

Ad haec cogita, quod erumnofa, quod fugax sit vita praesens, quod vnde dicitur imminens insidiosa mors: quod passim opprimit inopinantes. **Vita breuitas.** Er quum nemo vel de momento vita sit securus, quod ingens periculum, eam coperendinare vitam, in qua si te mors subitanea (ut saepe accedit) deprahenderit, in eternum perisisti.

¶ Canon Secundus & Vigesimus.

Tum semper erit formidanda impoenitentia malorum extremum, illud nimitem perpendenti, ex quod multis, quod paucia peccatis vere ac toto pectore resipiscunt, praeferuntur hys, qui funiculos iniquitatis in extremum usque vitae prostraverunt. Lubricus quidem & facilis in turpitudinem lapsus, sed hinc retinacare gradum, superasceps euadere ad auras, hoc opus, hic labor est. Proinde vel hirci Aesopici casu admonitus, priusq; in peccati puteum descendas, cogita non perinde facilem esse redditum.

Impoenitentia
ante oia caueda

Remedia contra specialia quadam vicia, & primum contra libidinem,

Ethactenus quidem communia aduersum omne vicionum genus remedia / utrumque demonstrauimus, nunc conabimur, & speciatim quadam tradere, quibus modis cuicunque peccato debeas occurrere, ac primum libidini, qd malo nullum aliud / neque prius nos impedit, neque acrius urget, neque latius patet, neque plures in exitio trahit. Si qnq; igitur foeda libido stimulabit animum tuum, his armis ptinus memento occurgere. In primis cogita, quod immunda, quod spurca, quod quoquis etiam homine indigna sit ea voluptas, quae nos diuinum plasma, non pecudibus modo, verum etiam suis, hircis,

Libidinis reme
dia.